- Homines demansata idem est, quod solariegos, vide *num. 3. leg. 3. tit. 2. part. 4.*
- Et isti se alibi conferentes maniatam amittunt, neque illam vendere possunt, vide *ibi num. 4.*
- Homines richi, qui dicantur, vide *num. 1. per text. ibi, leg. 10. tit. 25. part. 4.*
- Et qualiter pro rapina puniantur, vide *num. 7. leg. 11. tit. 25. part. 4.*
- Homines boni sunt præniandi, mali verò puniendi, quod ad Principem expectat, vide *num. 2. leg. 2. tit. 1. part. 3.*
- Homo non dicitur posthumus antequam nascatur, vide *num. 3. leg. 20. tit. 1. part. 6.*
- Ex excepto Principe omnis homo est sub lege, vide *num. 3. in princip. leg. 32. tit. 9. part. 6.*
- Homo ceteris creaturis nobilior est, vide *num. 1. leg. 26. tit. 1. part. 7.*
- Homo integer non dicitur infamis, & mortuo assimilatur, vide *num. 6. leg. 7. tit. 6. part. 7.*
- Homo monstrosus si ab aliquo occidatur, an pœna homicidæ puniatur, vide *num. 1. leg. 1. tit. 8. part. 7.*
- Homo si contra naturam luxuriatur, qualiter veniat puniendus, vide *num. 1. in proximo, tit. 21. partit. 7. cum aliis glossis ibidem.*
- Homo an priusquam mulier torqueri debeat, si omnes simul veniant torquendi, vide *num. 2. leg. 5. tit. 30. p. 7.*
- HOMO LIBER**, an per pactum possit se constituere hominem alterius, & quid in Regno isto servetur, vide *num. 1. leg. 89. tit. 18. part. 3.*
- Et an ad hoc debeat adesse causa, vide *ibidem in num. 5.*
- Et an pater possit filios homines alterius facere, & an in pacto in quo quis se submittit modo suprascripto fœminæ filia comprehendatur, & quid in uxore istius se submittentis, vide *num. 2. & 3. dict. leg. 89. tit. 18. part. 3.*
- Homo liber, an efficiatur servus si occisorem domini accusaverit, si illud non probet, & qualis probatio requiratur, vide *num. 4. leg. 3. tit. 23. part. 4.*
- Et ad hoc, ut ista locum habeant requiruntur ibidem duæ scripturæ, & quare, vide *ibidem in num. 6. leg. 89. tit. 18. part. 3.*
- Homo liber, etiam si ab aliquo per mille annos possideatur usucapi non potest, vide *num. 2. leg. 6. tit. 29. part. 3.*
- Homo liber efficitur servus si proditionem Regi, vel Regno machinatam denuntiet, vide *num. 6. leg. 3. tit. 22. part. 4.*
- Et an in isto casu debeat prætium servi à fisco domino solvi, vide *dict. num. 6.*
- Homo liber si contrahat matrimonium cum serva, quam liberam esse credidit, an comperto errore, & detecta ipsius servitute matrimonium dirimatur, vide *num. 1. leg. 4. tit. 5. part. 4.*
- Homo liber quamlibet donationem facere potest, servus verò non, vide *num. 4. leg. 1. tit. 4. part. 5.*
- Homo liber an possit capi, ut serviat creditor pro debito, & qualiter hoc fiat, vide *num. 4. leg. 3. tit. 13. p. 5.*
- Homo liber an efficiatur servus, si ad Subdiaconatum fuit promotus, vide *num. 1. leg. 6. tit. 22. part. 4. & num. 6. leg. 18. per text. ibi, tit. 6. part. 1.*
- Homo liber in quibus possit pignori dari, vide *num. 5. & 8. leg. 3. tit. 13. part. 5.*
- Homo liber potest hodie dari obles pro satisfactione debiti, vel pro quacunque alia conventionem, vide *d. n. 8.*
- Homo liber licet damnatur ad perpetuos carceres, quando illud fieri potest, non tamen per hoc efficitur servus, vide *num. 8. leg. 4. tit. 31. part. 7.*
- Homo liber mitius debet puniri, quam servus, vide *num. 1. leg. 8. per text. ibi, tit. 31. part. 7.*
- HOMO RIXOSUS**, & adversus istum, vide *num. 2. leg. 14. tit. 10. part. 5.*
- HONESTAS** fraternicat cum verecundia, & quid significet, vide *num. 1. leg. 37. tit. 6. part. 1.*
- Honestas in matrimonio semper consideranda est, vide *num. 2. per text. ibi, leg. 12. tit. 1. part. 4.*
- HONOR** qualis debeat Papæ adhiveri, vide *gloss. leg. 8. tit. 5. part. 1. & num. 2. leg. 4. ibidem.*
- Honor maximus est in sedendo, vide *gloss. fin. leg. 1. tit. 15. part. 1.*
- Honor quid sit, vide *num. 3. leg. 17. tit. 13. part. 2.*
- Et an filii illegitimi, vel spurii ad honores admittantur aliis deficientibus, & quid si ad hoc privilegium habeant, vide *num. 2. leg. 3. per text. ibi, tit. 15. part. 4. & num. 2. leg. 2. tit. 13. part. 4.*
- Honor quando à Rege datur, quod est redditus alicujus Villæ, vel Castri in quo differat à feudo, & à terra, vide *num. 4. per text. ibi, leg. 2. tit. 26. part. 4.*
- Honor quod debetur parentibus, an etiam fratribus debeat, vide *num. 5. post princ. leg. 14. tit. 16. part. 6.*
- HORA** utile est, quod ponatur in instrumentis, vide *num. 2. leg. 54. tit. 18. part. 3. non tamen istud est necessarium, vide ibidem.*
- Hora si sit apposita in aliquo instrumento facit illum cæteris eadem die confectis præferri, vide *num. 8. in fin. leg. 111. tit. 18. part. 3.*
- Hora si apponatur in conventionem, an illa interpellet, & constituat debitorem in mora, sicuti dies, vide *num. 1. in fin. leg. 8. tit. 14. part. 5.*
- HORAS CANONICAS**, quis in Ecclesia cantare debet, & quid si per alium serviat, vide *num. 1. leg. 34. tit. 6. part. 1.*
- Horas canonicas, quis dicere tenetur tam ratione beneficii, quam ordinis, & an idem erit in ordinatis ad primam tonsuram, vide *num. 1. dict. leg. 34.*
- Hora canonicæ quotidie dici debent per Ecclesiæ beneficiatos publicè, si sit Ecclesia Cathedralis, vel Collegialis, in aliis verò Ecclesiis non tenetur, nisi in diebus festivis, vide *num. 2. dict. leg. 34.*
- Horas canonicas non recitans, an fructus sui beneficii amittat, vide *dict. num. 2. leg. 34. tit. 6. part. 1.*
- HOSPITALIA**, an defendant ibidem confugientes, vide *num. 2. in princ. leg. 4. tit. 11. part. 1.*
- Hospitalitatem debent habere Clerici, & Prælati, & quando, vide *num. 2. leg. 40. tit. 5. part. 1.*
- Hospitale in quo Episcopus exercuit unum jus Episcopale, an ex eo præsumatur Episcopi autoritate fundamentum, vide *num. 2. leg. 4. tit. 11. part. 1.*
- Hospitalia quando sunt Episcopi voluntate fundata, dicuntur loca religiosa, aliàs non, vide *num. 2. leg. 1. tit. 12. part. 1.*
- Hospitalia sine licentia Episcopi fundata, dominus potest pœnitere, quando voluerit, vide *dict. n. 2. dict. leg. 1.*
- Et tali hospitali relicta sibi non acquiruntur, sed Episcopus distribuet inter pauperes, vide *ibidem.*
- Hospitalia, & alia loca pia, an gaudeant privilegio Ecclesiarum in præscriptionibus, vide *num. 4. leg. 26. tit. 29. part. 3.*
- Hospitalia an gaudeant beneficio restitutionis, vide *num. 1. ad fin. leg. 10. tit. 19. part. 3.*
- Et quando relicta hospitali sibi non acquirantur, vide *dict. num. 1. ad fin.*
- HOSPITATORES** Regis ultra salarium suum, aliquid accipere non possunt, etiam si sponte sibi detur, vide *num. 1. leg. 15. tit. 9. part. 2.*
- Et qualiter hospites dare debeant unicuique, vide *ibidem in num. 2.*
- Hospitatores an de necessitate teneantur hospites recipere, & quando non, vide *num. 4. leg. 26. tit. 8. part. 5.*
- Et an sint necessarii testes ad probandum, quod hospes dedit aliquid hospitatori, vide *ibidem in num. 5.*
- Hospitatores communiter sunt homines rapaces, & vulgares, vide *ibidem in num. 6.*
- Et quid si amicus reciperet amicum, ut illum hospitaret, an idem quod in hospitatore dicendum sit, vide *ibidem in num. 7. & num. 1. leg. 7. tit. 14. part. 7.*
- Hospitatores de qua culpa teneantur, vide *num. 4. & 9. cum aliis ibidem dict. leg. 26.*
- Hospitatores, quando teneantur de facto viatorum, quando verò de facto suorum, vide *ibidem in num. 10. & num. 2. 3. & 4. leg. 7. tit. 14. part. 7.*

Hospitatores an liber entur à custodia per clavium traditionem alio non dicto, & an tunc teneantur de levissima culpa, & quid si hospes apposuerit custodem ad cameram suam, vide *num. 12. dict. leg. 26. & num. 6. leg. 7. tit. 14. part. 7.*

Hospitatores si male peregrinos tractaverint debent puniri, & an per judicem Ecclesiasticum, vide *num. 3. leg. 27. tit. 8. part. 5.*

Hospitatores si gratis aliquem in domum suam receperunt, & illi aliquid sit furatum, an hospitor teneatur actione furti, vide *num. 1. & 2. leg. 7. tit. 14. part. 7. & gloss. leg. 26. tit. 8. part. 5.*

Hospitatores an teneantur de facto suorum, & qualiter, vide *num. 2. d. leg. 7. per text. ibi, & gloss. dict. leg. 26.*

Hospitatores, quando teneantur si ab extraneo aliquid hospiti furatum fuit, vide *num. 6. dict. leg. 7. per text. ibi.*

Hospitatores, si propter eorum culpam damnum datum sit transeuntibus, qualiter teneantur, vide *gloss. leg. 26. per text. ibi, tit. 15. part. 7.*

HOSPITES quis recipere non teneatur, vide *num. final. leg. 51. tit. 6. part. 1.*

Hospites qualiter dandi sint, vide *num. 2. leg. 15. tit. 9. p. 2.*

Hospites tenentur gratis hospitia Regi dare aliis vero dominis terrarum secus, vide *num. 2. leg. 6. tit. 25. part. 4.*

Hospites ad probandum quod hospitori aliquid dederunt, an habeant necessitatem testium, vide *num. 5. leg. 26. tit. 8. part. 5.*

HOSPITARE non tenetur quis inimicum suum, neque alium quemlibet, quando hospitium est plenum, vide *num. 4. leg. 26. tit. 8. part. 5.*

HOSPITIA non debent dari in domibus Clericorum, & quando sic, vide *num. final. leg. 51. tit. 6. part. 1.*

Hospitium nunquam, neque ex ulla causa fieri debet in Ecclesia, vel Monasterio, vide *ibidem.*

Hospitium, & alia obsequia sunt de lege dicecesana, vide *num. 16. leg. 2. tit. 12. part. 1.*

Et ideo Monasteria non possunt compelli per Episcopum ad hospitandum aliquem Prælatum, seu alium, vide *ibid.*

Hospitia gratis dari debent solis Principibus, aliis vero dominis terrarum secus, vide *num. 2. leg. 6. tit. 25. p. 4.*

HOSTES reipublicæ sine beneficiis esse debent, & ab eis sunt abstrahendi, vide *num. 7. leg. 31. tit. 9. part. 1.*

Hostes Christiani si delinquant in Regno per terram, vel mare si caperentur in bello possunt puniri ibidem pœna debita, vide *num. 3. leg. 1. tit. 29. part. 2.*

Hostes fidei, an possint securè venire ad nundinas, vide *num. 3. leg. 4. tit. 7. part. 5.*

Hostibus etiam fides servanda est, vide *num. 5. leg. 2. per text. ibi, tit. 16. part. 7.*

I

JACTA in mari causa tempestatis ob navem alivandam debent estimari, & inter omnes ibidem venientes damnum istud ob communem utilitatem datum debet refarciri, & qualis in hoc debeat fieri contributio, & inter quos, & de quibus non, & quo tempore talis contributio fieri debeat, vide *per gloss. leg. 3. 4. 5. & 6. per text. ibi, tit. 9. part. 5.*

JANITORES debent esse duo in regali cancellaria in quolibet sede, & de sportulis eorum, vide *num. 1. leg. 14. tit. 9. part. 2.*

ICTUS cujuscumque debet inspicere ad pœnæ impositionem, quando plures simul aliquem percusserunt, vide *num. 3. leg. 3. tit. 16. part. 2.*

IDONEUS quis dicatur ad beneficium, vide *remissivè per num. 3. in medio, leg. 5. tit. 15. part. 1.*

JEJUNARE, an debeat senex in ætate decrepita, vide *num. 1. leg. 25. tit. 4. part. 1.*

Jejunare qualiter fiat, & de causa quare semel tantum licet comedere, & de hora, vide *num. 3. in princip. leg. 3. tit. 23. part. 1.*

Jejunare non tenetur sub pœna peccati mortalis juvenis intra tertium septennium, vide *ibidem.*

Jejunare quare debeat sine manducatione carniū, & lactis, &c. vide *num. 4. ibidem.*

Jejunare quando debeat, & in sola Festivitate Assumptionis MARIÆ jejunatur de præcepto, vide *num. 1. leg. 5. tit. 23. part. 1.*

JEJUNIUM non debet imponi personis delicatis, si de illis damnum sequi possit, vide *num. 4. leg. 25. tit. 4. p. 1.*

Jejunium non solum est ab eis, sed à cunctis illecebris abstinere secundum Hieronymum de quo *per num. 1. leg. 3. tit. 23. part. 3.*

Jejunii laudes, vide *per num. 2. ibi.*

Jejunium frangens in quibus mortaliter non peccet, vide *num. 3. ad fin. dict. leg. 3.*

Jejunium quare sine carnibus, & lacte faciendum sit, vide *num. 4. dict. leg. 3.*

Jejunium an solvatur, si quis plusquam semel in die comederit, vide *ibidem.*

Jejunium quadragesimale est decima totius anni, quæ datur Deo, vide *num. 2. leg. 5. tit. 23. part. 1.*

Jejunium quatuor temporum in quibus mensibus sit, vide *num. 3. leg. 5. tit. 23. part. 1.*

Jejunium an esse possit in die dominica, vide *num. 6. leg. 6. tit. 23. part. 1.*

JEJUNUS dicitur quis, quando est celebrata digestio, & jejunus melius discernit, quàm cum saturus est, vide *num. 5. leg. 12. tit. 18. part. 2.*

Jejunus occidit serpentem, si ipsa ejus spumam degustaverit, vide *num. 2. leg. 4. tit. 23. part. 1. & num. 5. leg. 12. tit. 18. part. 2.*

IGNIS, & ignem extinguere si in aliqua domo apprehendatur utrum omnes necessitate teneantur succurrere, vide *num. 6. leg. 3. tit. 16. part. 2.*

Et an pro igne extinguendo liceat recipere pecuniam, vide *ibidem.*

Ignis magis crescit, si aqua maximo impetu jactetur, & per acetum magis cito extinguitur ignis, vide *ibidem.*

Ignis si cum impetu veniat per domos, quando propter hoc vicinus domum vicini destruere possit, vide *num. 2. leg. 12. per text. ibi, tit. 15. part. 7.*

Et an tunc Civitas, vel vicinia teneatur ad contributionem, ut talis domus reedificetur, vide *dict. num. 2.*

IGNOMINIOSUM est Episcopi ab aliis doceri cum ipsi alios docere debeant, vide *num. 1. leg. 37. tit. 5. part. 1.*

IGNORANS jurisdictionem à se fuisse revocatam, si sententiaverit, sententia non valet, neque tenet, vide *num. 3. leg. 12. tit. 22. part. 3.*

Ignorans se debere aliquid si habeat bonam fidem, & illud præscripserit, an sit tutus in conscientia, vide *num. 1. leg. 12. tit. 29. part. 3.*

Ignorans quod propter aliquid faciendum dabatur præmium, si illud fecerit, an præmium habere debeat, vide *num. 3. leg. 4. tit. 9. part. 6.*

IGNORANTIA juris quando excuset, vide *elegantem distinctionem per num. 2. leg. 20. tit. 1. part. 1.*

Ignorantia juris naturalis, nec militem, nec mulierem, minorem, seu alium excusat, vide *num. 8. leg. final. tit. 1. part. 1.*

Ignorantia juris quasi naturalis quæ sit, & an excuset personas supra proximè dictas, vide *dict. num. 8.*

Ignorantia juris, an ita excuset rusticum, mulierem, & minorem, sicuti excusat militem, vide *n. penult. d. l. fin.*

Ignoranter faciens, quid fieri non debet, an in plus puniatur, quàm scienter faciens, vide *num. 2. leg. 41. tit. 6. part. 1.*

Ignorantia probabilis excusat in ordinum susceptione, vide *num. 3. leg. 22. tit. 6. part. 1.*

Ignorantia nulla est ubi aliquid publicè fit, seu est publicum, vide *num. 5. dict. leg. 22.*

Ignorantia an excuset quem, ut non incurrat in excommunicationem, eò quòd cum excommunicatio participavit, vide *num. 15. leg. 34. tit. 9. part. 1.*

Ignorantia dicitur tenebra mundi, vide *num. 1. in proæmio, tit. 31. part. 2.*

Ignorantia an excuset judicem malè judicantem, & quando, vide *num. 6. leg. 24. tit. 22. part. 3.*

- Ignorantia** in proprio facto non est tolerabilis, & quid si persuasione alterius adhuc induceretur, vide *num. 1. leg. 14. tit. 29. part. 3.*
- Ignorantia** in proprio facto licet antiquo, an sit tolerabilis quando tractatur de lucro captando, vide *ibi num. 2.*
- Ignorantia** mariti scilicet de uxoris adulterio, quod committit, an illud excuset à criminis participatione, & ut non peccet, vide *num. 7. leg. 2. tit. 9. part. 4.*
- Ignorantia** an probetur per juramentum, vide *num. 11. leg. 5. tit. 9. part. 4.*
- Ignorantia** legum juris communis, non est sine culpa, sed in consuetudinibus locorum Regni est secus, vide *num. 1. leg. 24. tit. 11. part. 4.*
- Ignorantia** quo tempore requiratur, ut per eam filii nati ex matrimonio, quod de jure esse non poterat legitimi appellentur, vide *num. 5. leg. 1. tit. 13. part. 4.*
- Ignorantia** nihil prodest ubicunque datur opera rei illicitæ, vide *num. 5. in fin. leg. 2. tit. 15. part. 4.*
- Ignorantia** an profit venditori, quando ipse rem vendit, quæ res habebat servitium, vel tributum debebat, quod ipse venditor ignorabat, & quid si illud sciebat, vide *num. 3. leg. 63. tit. 5. part. 5.*
- Et** quid si ignorantia sit supina, vel multum notoria, & an teneatur ad damna, vide *num. 1. & 5. dict. leg. 63.*
- Ignorantia** potius præsumitur intervenisse, quam scientia, vide *num. 3. leg. 10. tit. 9. part. 6.*
- Et** quando in testatore præsumatur, vide *ibidem in num. 4.*
- Et** an tempus datum alicui in favorem ipsius, & non in ejus odium currat ignoranti, & impedito, vide *num. 4. in medio, leg. 6. tit. 10. part. 6.*
- IGNOBILIS** quando in plus, vel in minus, quam nobilis puniri debeat, vide *num. 1. leg. 2. per text. ibi, tit. 28. part. 7.*
- Ignobilis** qui propter delictum pœnam mortis meretur non decapitari, sed infurcare, vel concremari debet, vide *num. 6. leg. 6. tit. 31. part. 7.*
- IGNOTUS**, nec ad beneficia, neque ad alia officia admittendus est, vide *num. 4. leg. 2. tit. 18. part. 2.*
- ILLATA** in domo conducta, vide de hoc in verbo: **LOCATIO**, & in verbo: **BONA**, & in verbo: **RES**.
- ILLEGITIMUS** non ordinatur usque ad 10. generationem, vide *num. 1. leg. 12. tit. 6. part. 1.*
- Illegitimus** an efficiatur legitimus per ingressum religionis quoad succedendum patri in bonis suis, vide *ibid. num. 2. & num. 2. in fin. leg. 5. tit. 15. part. 4.*
- Illegitimus** an dicatur filius qui nascitur, ex matrimonio invalido propter impedimentum, quod unus, vel ambo contrahentium sciebant, vide *num. 3. leg. 1. tit. 13. part. 4.*
- Illegitimus** an dicatur filius natus lite pendente super matrimonio, quod dicitur nullum propter impedimentum, vide *ibi num. 6.*
- Illegitimus** ad hoc, ut per contractum matrimonii legitimus efficiatur, an requiratur quod ejus mater, ut concubina domi retineatur, vide *ibidem in num. 8.*
- Illegitimi** legitimantur per subsequens matrimonium, & in ista materia plura dixit, *num. 9. leg. 1. tit. 13. part. 4.*
- Illegitimi** an legitimantur per contractum matrimonii factum in mortis articulo, & quando non, vide *num. 9.*
- Et** quid si sit sine judicio, vel contrahat cum qua est sibi inhonestum contrahere, vel ex infirmitate ad generandum impotens reddatur, vide *ibidem.*
- Illegitimus** si efficiatur legitimus per matrimonium subsequutum, an ad majoriam admittatur, si in ea filii legitimi vocentur, vide *num. 10. leg. 2. tit. 15. part. 2. & num. 9. supradict.*
- Et** an talis in feudis succedere possit, vide *ibidem.*
- Et** primogenitus si legitimetur per subsequens matrimonium, an præferatur secundo de legitimo matrimonio nato, vide *ibidem.*
- Illegitimus** ad dignitates Ecclesiasticas, vel alias sæculares pervenire non potest, vide *num. 2. & 3. per text. ibi, leg. 2. tit. 13. part. 4.*
- Illegitimi** non succedunt parentibus, vide *ibidem in num. 4. & num. 4. leg. 22. tit. 5. part. 1. & gloss. leg. 4. tit. 15. p. 4.*
- Illegitimi** ad dignitates Ecclesiasticas an admittantur, vide *num. 2. leg. 2. tit. 13. part. 4.*
- Et** an alii deficientibus sine Papæ dispensatione possint admitti, & quid si à Papa sint privilegiati, vide *num. 2. leg. 3. tit. 15. part. 4.*
- Illegitimus** an cum legitimitatem suam illegitimitatem exprimere debeat, vide *num. 8. in fin. leg. 4. tit. 15. p. 4.*
- Illegitimus** sine legitimatione, an succedat in jure patronatus, & quid si à Rege, vel Imperatore legitimetur, vide *num. 20. leg. 4. tit. 15. part. 4.*
- ILLICITA** conjunctio consideratur duobus modis, vide *num. 2. in fin. leg. 2. tit. 1. part. 1.*
- Illicita** possunt remediis legitimis tolli, vide *num. penult. per text. ibi, leg. fin. tit. 2. part. 1.*
- Illicita** negotiatio est prohibita Clericis, quid de illis rebus illicitè quæsitis facere debeat, & de pœna ipsius, si admonitus non desistat, vide *num. 3. leg. 46. tit. 6. p. 1.*
- ILLITERATUS** an possit esse judex, vide *num. 2. leg. 18. tit. 9. part. 2. & num. 2. leg. 3. tit. 4. part. 3.*
- ILLUSTRES** non possunt esse procuratores nisi pro Rege, vel miserabilibus personis, vide *num. 7. leg. 11. tit. 5. part. 3.*
- Illustres**, & super illustres, qui dicantur, vide *num. 1. & 2. per text. ibi, leg. 3. tit. 14. part. 4.*
- Illustres** an possint cum vilibus personis matrimonium contrahere, & an possint illas habere in concubinas, vide *ibidem in num. 4.*
- Et** an filii habiti ex illuistri, & ex concubina infami, seu vili stante hodie lege Tauri naturales esse dicantur, ut patribus illustribus succedere possint, vide *ibidem.*
- IMBECILLITAS**, & an major quatuordecim annorum habens imbecillitatem possit facere testamentum, vide *num. 5. leg. 13. tit. 1. part. 6.*
- IMMEMORIALIS** circa probandam præscriptionem, qualiter probetur, vide *num. 5. in princ. leg. 12. tit. 22. part. 1. & num. 2. leg. 6. tit. 25. part. 4.*
- IMMEMORIALE TEMPUS**, vide in verbo: **TEMPUS**.
- IMMEMORIALIS PRÆSCRIPTIO**, vide in verbo: **PRÆSCRIPTIO**.
- IMMISSIO** anuli sola nihil per se importat, nisi de mente contrahendi ex præcedentibus aliter contiterit, vide *num. 7. per text. ibi, leg. 2. tit. 1. part. 4.*
- IMMOBILIA** Regis aliquis furans mitius punitur, quam si subripuisset aliqua mobilia, & quare, vide *num. 13. leg. 1. tit. 17. part. 2.*
- Et** pretiosa mobilia immobilibus æquiparantur, vide *num. 3. leg. 4. tit. 5. part. 5.*
- Immobilia** minoris an possunt à tutore alienare pro ipsius utilitate, vide *num. 5. leg. 4. tit. 5. part. 5.*
- Immobilia** minorum à tutore vendi non possunt, nisi cum judicis decreto, & qualis cognitio illa esse debeat, vide *num. 6. & 8. leg. 4. tit. 5. part. 5.*
- Immobilia** Regni sunt impræscriptibilia, vide *num. 14. & 15. dict. leg. 1. per text. ibi.*
- Immobilia** possidens satisfacere tenetur in uno casu, vide *num. 18. leg. 32. tit. 2. part. 3.*
- Immobilia** minoris an possint pro eo nomine dotis dari per tutorem sine judicis decreto, vide *num. 1. per text. ibi, leg. 14. tit. 11. part. 4.*
- Et** an idem sit dicendum in rebus mobilibus, quæ servando servari possunt, & quid in pecunia, vide *ibidem in num. 2.*
- Et** quando pecunia est in maxima quantitate, tunc judicatur de ea, sicuti de re immobili, vide *dict. num. 2.*
- Immobilia** in judicio exhiberi non debent, vide *num. 2. leg. 16. tit. 2. part. 3.*
- Immobilia** quæ sufficiant, ut quis eo ipso evitet satisfactionem, & quid si illa extra locum judicii possideat, vide *num. 3. leg. 41. tit. 2. part. 3.*
- Immobilia** bona an judicentur servitutes adhærentes rebus immobilibus, vide *num. 2. quest. 1. ad fin. leg. 55. tit. 5. part. 5.*
- Et** plura de immortalitate animæ, vide *num. 3. leg. 1. tit. 26. part. 7.*

- IMMUNIS** à solutione tributorum, si sciat se in libro debentium poni, & non appellet, an sibi præjudicet, vide *num. 1. leg. 42. tit. 18. part. 3.*
- Immunis per privilegium, si contrafaciat semel, vel pluries, an privilegium amittat, vide *dict. num. 1. & 2. leg. 6. tit. 10. part. 4.*
- Immunis à gabellis per privilegium, si prætextu illius res alterius vult excusare suum privilegium amittit, vide *num. 3. dict. leg. 42. tit. 18. part. 3.*
- IMMUNITAS** alicui concessa generaliter, an excuset à meneta foreria, quæ datur in recognitionem domini, vide *num. 1. leg. 10. tit. 18. part. 3.*
- Immunitas alicui concessa quando in perpetuum, quando verò ad vitam tantum concedentis duret, vide *num. 2. leg. 10. tit. 18. part. 3.*
- Et quid si fiat sibi, ejusque filiis, & nepotibus, vel ejus successoribus, & quid si servitia præcesserint, vide *ibid.*
- Immunitas alicui concessa, ut tributum non solvat, quantum tempus duret, & an si solvat sibi præjudicet, ut amplius tale privilegium non valeat, & cui incumbet onus probandi usum, vel non usum privilegii, vide *num. 2. leg. 42. tit. 18. part. 3.*
- Et quid si immunitatem habens sciat se describi in libro debentium solvere, & non appellet, an sibi præjudicet, vide *ibidem.*
- Immunitas concessa his, qui venerunt ad habitandum in aliquo loco, transit in contractum, & an sit revocabilis, & quid si Princeps eam revocasset, & de illa gaudent cives originarii, qui ab illo loco recesserunt, si revertantur, vide *num. 1. leg. 49. tit. 18. part. 3.*
- Et quid si talis immunitas causata sit consuetudine, vide *dict. num. 1. in fin.*
- Immunitas non probatur per testes de auditu, nisi ibi simul testificent de fama, vide *num. 1. in fine, leg. 20. tit. 9. part. 4.*
- IMPAR** numerus desideratur semper in arbitris, vide *num. 1. leg. 13. tit. 26. part. 2.*
- IMPEDIMENTUM** allegans sine alia probatione, an sufficiat, vide *num. 2. leg. 3. tit. 8. part. 2.*
- Impedimentum publicæ honestatis, neque est de jure naturali, neque de jure civili, sed de jure canonico tantum, vide *num. 7. leg. 4. tit. 1. part. 4.*
- Et an impedimentum istud impediatur matrimonium contrahere, & contra eum contractum, an illud dirimat, & an extendatur usque ad quartum gradum, vide *dict. num. 7. usque ad fin.*
- Impedimentum publicæ honestatis non nascitur ex sponsalibus sub conditione contractis, si non adsit conditio, vide *num. 1. leg. 12. tit. 1. part. 4.*
- Impedimentum publicæ honestatis, an oriatur ex sponsalibus nullis, vide *num. 4. dict. leg. 12. per text. ibi.*
- Impedimentum, quod quis cum judæa, hæretica matrimonium contrahere non possit, an sit ex constitutione Ecclesiæ, & an Papa in eo dispensare possit, vide *num. 1. leg. 15. tit. 2. part. 4.*
- Impedimentum coeundi cum uxore, an impediatur matrimonium contrahere, dirimatque contractum, & quid si simus in dubio, an impedimentum præcesserit matrimonium, vel è contra, vide *num. 3. leg. 16. tit. 2. part. 4. & num. 3. leg. 5. tit. 8. part. 4.*
- Impedimentum obijciens malitiosè, ut aliqui matrimonium non contrahant, qualiter puniatur, vide *num. 3. leg. 4. tit. 3. part. 4.*
- Impedimentum ne quis possit matrimonium contrahere adoptione durante est de jure civili, à jure tamen canonico approbatum, vide *num. 2. leg. 7. tit. 7. part. 4.*
- Impedimentum cognationis legalis, an oriatur ex adoptione, vel arogatione facta, forma non servata, ita quod matrimonium impediatur, vide *num. 6. d. leg. 7.*
- Impedimentum frigiditatis, an & quando matrimonium, dissolvat, vide *gloss. leg. 1. & 2. & ibi num. 4. tit. 8. part. 4. cum sequent.*
- Et quid si Ecclesia judicavit impedimentum perpetuum, quod non erat, vel apparet fuisse deceptum, vide *num. 3. leg. 7. tit. 8. part. 4.*
- Impedimentum debet prius removeri, quàm ad actum perveniatur, quod ad elegantem quæstionem inducit, vide *num. 6. leg. 6. tit. 15. part. 4.*
- Impedimentum quale debeat esse ad hoc, ut aliquis ad feudum successione non admittatur, vide *num. 8. leg. 6. tit. 26. part. 4. & ibi num. 9. cum sequent.*
- Impedimentum si supervenerit citato ad certum terminum, an illo cessante statim sine alia nova citatione citatus comparere teneatur, vide *num. 2. leg. 37. per text. ibi, tit. 11. part. 5.*
- Impedimentum superveniens, an impediatur moræ, & pœnæ commisionem in stipulationibus judicialibus, sive conventionalibus, sive in tali obligatione sit datio speciei, vel factum, sive sit in genere, vel in quantitate facta, vide *num. 4. leg. 37. per text. ibi, tit. 11. part. 5.*
- Impedimentum superveniens tempore moræ purgandæ, an excuset à pœna jam commissa, vide *num. 1. leg. 19. tit. 12. part. 5.*
- Impedimentum si sit inter contrahentes matrimonium, si ipsi illud scientes contraxerint, an quando inter eos datum fuit applicetur fisco, & quando non, vide *gloss. leg. 50. & 51. tit. 14. part. 5.*
- IMPEDITUS** an teneatur mittere excusatorem ad judicem quare non venit, & in quo casu, vide *num. 11. tit. 7. part. 3.*
- Impeditus comparere, si fuerit citatus, an teneatur mittere procuratorem, vide *num. 7. leg. 2. & num. 8. & 10. leg. 11. tit. 7. part. 3.*
- Impediti testificare à jure, an & quando admittantur ad testificandum, vide *num. 1. leg. 11. tit. 16. part. 3.*
- Et quid si ipsi sponte testificare velint, vide *num. fin. dict. leg. 11. tit. 16. part. 3.*
- Impeditus venire ex causa adversarii, an restitui possit ad totam causam, & habeat exceptionem contra sententiam, vide *num. 2. leg. 12. tit. 23. part. 3.*
- Et quid si ab alio extraneo impediatur, vide *ibid. in n. 3.*
- Impeditus ex justa causa potest ad totam causam restitui, vide *gloss. leg. 10. 11. & 12. tit. 23. part. 3.*
- Impeditus ex justa causa appellationem suam prosequi, an post terminum admittatur, vide *num. 3. leg. 24. tit. 23. part. 3.*
- Et qualiter, vide *ibidem in num. 4.*
- Impeditus generare an in feudo succedere possit, vide *num. 9. leg. 6. tit. 26. part. 4.*
- Impeditus, & an præscriptio effectualiter currat impedito impedimento juris, vel facti, vide *num. 3. leg. 7. tit. 6. part. 6.*
- Et an tempus datum in alicujus favorem ad faciendum actum currat ipso impedito, vel ignoranti, vide *num. 4. in med. leg. 6. tit. 10. part. 6.*
- IMPEDIRI** an possit ingressus venientibus, & quando, vide *num. 3. leg. 7. tit. 29. part. 3.*
- IMPENSA** funeris Clerici beneficiarii, an debeat fieri ab ejus hæredibus, vel de fructibus beneficii, vide *num. 5. leg. 12. tit. 13. part. 1.*
- Impensa funeris deducenda est ante omnia, vide *gloss. leg. 12. per text. ibi, tit. 13. part. 1.*
- Impensa funeris præfertur debitoribus habentibus tacitam hypothecam, & an habentibus expressam hypothecam, vide *ibidem in num. 7.*
- Impensa funeris æstimanda est secundum qualitatem, facultatem, & dignitatem defuncti, vide *num. 8. in princ. dict. leg. 12.*
- Et an isti sumptus taxari possint per statum, & quid hodie de jure Regni, vide *ibidem.*
- Impensa si fiat in funera alicujus, an pro eis res commodata retineri possit, vide *num. 4. leg. 9. tit. 2. part. 5.*
- Impensa funeris prius solvi debent, quàm aliud debitum defuncti, vide *num. 5. & 6. leg. 30. tit. 13. part. 5.*
- Et quæ comprehendantur in impensa funeris, & quæ dicantur, vide *dict. num. 5. & 6. & num. 4. leg. 2. tit. 11. part. 6.*
- Impensa funeris an præferatur doti uxori, vel aliis quibuscunque debitis, vide *dict. num. 6. dict. leg. 30. & num. 4. dict. leg. 2. tit. 11. part. 6.*

Impensæ funeris debent prius deduci, quàm hæres deducat falcidiam, & quare, & quales dicantur istæ, & plura de eis, vide *per num. 4. leg. 2. tit. 11. part. 6. & num. 5. & 6. leg. 30. tit. 13. part. 5.*

Impensa funeris an detrahatur de legitima filiorum, vel unde, vide *dict. num. 4.*

IMPERARE sibi ipsi nemo potest, vide *num. 1. leg. 16. tit. 1. part. 1.*

IMPERATOR à quo, & qualiter ungi debeat, vide *num. 1. leg. 13. tit. 4. part. 1.*

Imperator non potest dare licentiam Episcopo, ut ambulet extra Diocesim, vide *num. 1. leg. 29. tit. 5. p. 1.*

Imperator debet Ecclesiam defendere, & quid si sine causa illi auxilium deneget, vide *num. 2. in proœmio, tit. 14. part. 1.*

Imperator an possit totaliter privari per Papam, & à quo Imperium dicatur ipse habere, vide *num. 6. in proœmio 2. part.*

Imperator est Princeps mundi, & ad quam laudem Imperatoris nostri Caroli Quinti, vide *num. 1. leg. 1. tit. 1. part. 2.*

Imperator dicitur iudex iudicum, vide *ibi num. 2.*

Et appellatur Rex, & sub nomine Regis allequitur Imperium, vide *ibidem in num. 3.*

Imperator unde à principio habuerit potestatem, vide *ibi num. 4.*

Imperator unde dicatur, & de ejus potestate, vide *ibidem in num. 5.*

Imperator an sit subjectus Papæ in temporalibus, vide *ibi num. 8.*

Imperatores an possint esse simul plures, vide *num. 9. leg. 1. tit. 1. part. 2.*

Imperator an possit sibi facere parem, vel superiorem, vide *dict. num. 9.*

Imperatoris officium est fidem Christi defendere, vide *ibi num. 10.*

Imperator fundat jurisdictionem suam, & Rex quoad jurisdictionem, non quoad dominium rerum particularem, vide *num. 21. leg. 2. tit. 1. part. 2.*

Imperator an possit deponi à populo Romano, qui in principio sibi potestatem dedit, & quis dicatur hodie populus Romanus, vide *num. 23. in dict. leg. 2.*

Imperator in ejus coronatione non mutat nomen, & ante coronationem exercere poterit multa, de quibus in *dict. leg. 2. ut vult ibi num. 25.*

Imperator non potest proprietatem rerum Imperii à se eradicare, nec vendere quia non habet ipsum suo jure, sed manu legis, vide *num. 4. leg. 8. tit. 1. part. 2.*

Imperator est procurator maximus, non dominus Imperii, vide *dict. num. 4.*

Imperator an possit in feudum dare, vide *ibi num. 5.*

Imperator an possit pro sua necessitate imponere subditis super indictum, vide *num. 7. leg. 8. tit. 1. part. 2.*

Et an à Imperatore possit appellari omisso medio, vide *num. 2. leg. 18. tit. 23. part. 3.*

Imperator dicitur persona superiultris, vide *num. 1. per text. ibi, leg. 3. tit. 14. part. 4.*

Imperator, sive Rex legitime potest illegitimos, & qualis debeat esse Rex, vide *num. 4. & 5. leg. 4. tit. 15. part. 4.*

Imperator, licet sit vicarius Dei in temporalibus, non tamen potest contra legem Divinam dispensare, nisi ex magna causa, & sic contra jus Divinum non inducet legitimationem veram, neque perfectionem, vide *num. 8. leg. 4. tit. 15. part. 4.*

Imperator bene potest filios Clerici, etiam in sacris constitutos, legitimos facere, vide *n. 14. d. leg. 4. tit. 15. p. 4.*

Imperator an sit iudex competens in sua propria causa, & an in injuria Regno facta, vide *num. 8. leg. 5. tit. 24. p. 4.*

Imperator an in pede, vel in manu osculari debeat, & quid in Papa, vide *num. 3. leg. 5. tit. 25. part. 4. & num. penult. leg. 4. tit. 5. part. 1.*

Imperator concarrit cum aliis omnibus dignitatibus in potestate, & jurisdictione, sicuti est in Papa, & Imperatore sunt omnes thesauri dignitatum reconditi, vi-

de *num. 1. in princ. leg. 3. tit. 26. part. 4.*

IMPERFECTUS an in feudis succedere possit, & quando, vide *num. 8. cum seq. per text. ibi, leg. 6. tit. 26. p. 4.*

IMPERITUS prorsus litterarum, an possit esse iudex, sive in curia Regis, sive alibi, vide *num. 2. leg. 18. tit. 9. part. 2.*

IMPERIUM an sit de jure divino, vide *num. 3. leg. 2. tit. 23. part. 2.* vel humano, vide *ibidem.*

Imperium, & Ecclesia non multum differant ab alterutro, vide *num. 5. in princ. leg. 19. tit. 8. part. 5.*

Imperium merum, vide infra in verbo: MERUM imperium.

IMPERSONALITAS quando vitiet stipulationem, sive promissionem, vide *num. 7. leg. 3. tit. 11. part. 5.*

IMPETRANS beneficium, si non faciat mentionem de loco suæ originis, gratia erit subreptitia, vide *num. 3. leg. 13. tit. 15. part. 1.*

Impetrans à Rege aliquid cum mendacio, qua pœna puniatur, vide *num. 3. per text. ibi, leg. 8. tit. 13. part. 2.*

Impetrans à Rege filii sui naturalis legitimationem, quid in tali legitimatione exprimere debeat, ut nunquam tanquam subreptitia vitari possit, & an debeat exprimere se filios legitimos habere, vide *num. 8. & 9. leg. 4. tit. 15. part. 4.*

Impetrans beneficium vacans, si illo non vacante prius à Papa fuisset impetratus, an valeat ejus secunda impetratio, cum tale beneficium vacat, si de prima impetratione quando non vacaverat non fecit mentionem, vide *num. 1. leg. 13. tit. 16. part. 1.*

Impetrans secundum privilegium debet ibidem de primo facere mentionem, etiam si primum contineat jus commune, vide *num. 3. leg. 27. tit. 18. part. 3.*

Impetrans licentiam ad faciendam majoriam non expresso numero liberorum, quos habet, an talis licentia teneat, vide *num. 1. leg. 36. tit. 18. part. 3.*

Impetrans legitimationem si non dicat patrem alios filios legitimos habere, an talis legitimatio valeat, vide *dict. num. 1.*

Impetrans beneficium an teneatur dicere se criminofum, & an antiq. rescriptum teneat, vide *dict. num. 1. ad fin. leg. 36. tit. 18. part. 3.*

Impetrans rescriptum debet in eo facere mentionem de processu coram iudice ordinario, vel delegato facto, vide *num. 2. leg. 38. tit. 18. part. 3.*

IMPORTUNITAS petentium damnatur à lege, & videtur tunc res concessa invito dante, vide *num. 3. leg. 29. tit. 18. part. 3.*

IMPOSSIBILIS conditio an vitiet contractum, & quid si negativè ponatur, vide *num. 2. leg. 17. per text. ibi, tit. 11. part. 5.*

Impossibilis conditio, vide supra in verbo: CONDITIO.

IMPOSSIBILITAS ad implendi conditionem, sive à jure, sive à natura, sive de facto, vel alia quavis, an matrimonium contrahi impediat, & quando, & quid si ea imponens credat possibilem, vide *num. 4. leg. 6. tit. 4. part. 4.*

Et an impediat hæredis institutionem sub tali conditione impossibili de facto factam, vel alium quemcunque contractum, sive quodvis aliud dispositum sub ea, vide *latissime per dict. num. 4.*

Impossibilitas, & ea quæ dependunt ex sola voluntate Principis impossibilia reputantur, vide *num. 3. leg. 13. tit. 9. part. 6.*

IMPOTENTIA istud verbum simpliciter prolatum comprehendit impotentiam juris, & facti, sive proferatur à jure, sive ab homine quod ad castillos castella tenentes quomodo intelligatur, vide *per num. 1. leg. 20. tit. 18. part. 2.*

Impotentia ad coitum si in aliquo cognoscatur, an propter hoc matrimonium fieri impediat, & factum dirimatur, vide *num. 3. leg. 16. tit. 2. part. 4.*

Et quid si est dubium, an istud impedimentum præcesserit matrimonium, an postea subsequutum fuit, vide *ibidem, & vide num. 3. leg. 8. tit. 8. part. 4.*

Impotentia viri ad coitum qualiter diffiniatur, vide *num.*

1. leg. 1. per text. *ibi*, tit. 8. part. 4.
 Impotentia ad coitum in senes non creditur esse, sicuti in parvulis, quia calefcere possunt natura, vel artificio, vide *ibi* num. 2.
 Impotentia non præsumitur esse in aliquo, nisi probetur, vide num. 1. leg. 2. tit. 8. part. 4.
 Impotentia an detur in mulieribus, vide num. 3. d. leg. 2.
 Et quid si quis ex caliditate excessiva redderetur impotens ad coitum, an matrimonium dissolvatur, vide num. 4. dict. leg. 2.
 Et an idem sit in quolibet alio impedimento, quod perpetuo impediret actum generationis, non verò actum solum impediret, vide dict. num. 4.
 Impotentia si sit in aliquo, ut virginem non possit cognoscere, sed corruptam sic, an possit claustra pudoris aliquo medicinali actu frangere, ut cum ea possit commiseri, & an hoc contra naturam factum esse dicatur, vide num. 6. leg. 2. tit. 8. part. 4.
 Impotentia ad coitum perpetua esse potest ex multis causis, vide num. 2. per text. *ibi*, leg. 5. tit. 8. part. 4.
 Impotentia, quæ evenit post matrimonium, illud non dissolvit, secùs si antecedat, & quid præsumetur in dubio, vide *ibi* num. 3.
 Impotentia si alicui obijciatur quantam tempus sibi prius debeant esse simul ad iudicis mandatum, vide num. 4. leg. 5. tit. 8. part. 4.
 Impotentia perpetua creditur esse per cohabitationem aliquorum per triennium, vide *ibi* num. 7.
 Impotentia causata ex frigiditate separat matrimonium, & talis frigidus cum alia non contrahet, secùs erit in maleficiato, vide *ibidem* in num. 12.
 Impotentia si ex aliis signis appareat decursus triennii non exigitur, vide num. 1. leg. 6. tit. 8. part. 4.
 Et quid si ille, qui matrimonium contraxit cum corrupta dicat se illam cognovisse carnaliter, & ipsa contrarium ostendat, vide *ibidem* num. 6.
 Impotentia si sit notoria tunc impotenti non est dandus terminus triennii, vide num. 4. & 5. leg. 6. tit. 8. part. 4.
 Et quid si propter viri impotentiam matrimonium fuerit separatum, & ipse cum alia contraxit, quam carnaliter cognovit, an prima uxor possit petere separationem matrimonii quoad thorum propter adulterium viri cum alia factum, vide num. 2. leg. 7. tit. 8. part. 4.
 Impotentia si fuerit iudicata perpetua, vel temporalis ab Ecclesia, & ipsa decipiatur matrimonium redintegrabitur, vide *ibidem* num. 3.
 Et qualiter, & sub qua forma uxor debeat facere, si velit maritum accusare de impotentia, vide num. 2. leg. 10. tit. 9. part. 4.
IMPOTENS ad coitum, etiam ex caliditate excessiva, an propter hoc matrimonium dissolvatur, vide num. 4. leg. 2. tit. 8. part. 4.
 Impotens cum virgine, & cum corrupta potens, an possit cum aliquo medicinali actu claustra pudoris frangere, vide num. 6. dict. leg. 2.
 Impotens ad copulam perpetuo fit aliquis ex multis causis, vide num. 2. per text. *ibi*, leg. 5. tit. 8. part. 4.
 Impotens ad coitum prius simul cum uxore per triennium commorare debet, vide num. 4. leg. 5. tit. 8. part. 4.
 Impotens ad copulam à matrimonio non separabitur durante triennio, etiamsi ab utroque probatio impotentia per aspectum offeratur, vide num. 6. leg. 5. tit. 8. part. 4.
 Impotens impotentia perpetua esse dicitur ille, qui data cohabitatione per triennium uxorem carnaliter non cognovit, vide num. 7. *ibidem*.
 Impotens ad coitum si matrimonium propter ejus impotentiam separetur, debet jurare cum aliis septem propinquis, quod non, vide *ibi* num. 11.
 Impotens ad copulam propter frigiditatem, si ab uxore separetur cum alia non contrahet, secùs propter maleficium, vide *ibidem* num. 12. & quare, vide *ibidem*.
 Impotens si propter ejus frigiditatem ab uxore prima separetur, & secundam carnaliter cognoverit, an adhuc duret vinculum primi matrimonii, & quoad quid, vide num. 2. leg. 7. tit. 8. part. 4.
 Impotens ad copulam si contrahat matrimonium, & ipse de sua impotentia sit certus, an teneat matrimonium, vide num. 2. leg. 1. tit. 9. part. 4.
 Et an talis impotens, qui scienter contraxit teneatur alere primam uxorem, & quid si scit impedimentum ejus cum quo contraxit, vide *ibidem*.
IMPUBES an ligetur voto Religionis, vel aliis, vide num. 4. & 5. leg. 3. tit. 8. part. 1.
 Impubes doli capax si continentiam, vel peregrinationem voverit, an teneatur illud adimplere cum sui juris sit, vide dict. num. 5.
 Impuberes, & minores septennio, si sponsalia contraxerint per verba de præsentibus non induceretur matrimonium de præsentibus, etiam adveniente pubertate, etiamsi signa taciti consensus interveniant præter copulam, vide num. 3. leg. 3. tit. 1. part. 4.
 Impuberes, qui per verba de præsentibus, vel de futuro contraxerunt, an pubertate adveniente consentire videantur, dato quod oscula, amplexus, & familia intervenerunt, vide num. 5. leg. 3. tit. 1. part. 4.
 Impubes ex quibus signis adveniente pubertate tacite consentire videbitur, vide dict. num. 5. & *ibi* etiam num. 7.
 Et an visus sit consentire propter nihil ad copulam, vel per cohabitationem amplexus, & oscula, vide num. 9. dict. leg. 3.
 Et quid si consensum præstitit circa finem quatuordecimi anni, an sufficiat, ut sponsalia de futuro transeant in matrimonium de præsentibus, vide *ibidem*.
 Impubes si in eo discretio supplebat, si contraxit sponsalia ante septennium, an teneatur, vide n. 1. leg. 6. tit. 1. p. 6.
 Impubes si factus major in sponsalibus consentiat, & tunc (qui tempore sponsaliorum erat pubes) nolit consentire, an compellendus sit, vide num. 14. leg. 8. tit. 1. p. 4.
 Impubes non potest facere testamentum, & si sit doli capax poterit Rex cum hodie pensare, vide num. 3. & 4. leg. 13. tit. 1. part. 6.
 Impubes si juret contractum, tunc cum impubes est, vel factus pubes, an per hoc ad observantiam obligetur, vide num. 5. leg. 6. tit. 19. part. 6.
 Impubes de delicto luxuriæ an accusari possit, & qualiter punietur, vide num. 2. leg. 9. per text. *ibi*, tit. 1. p. 7.
 Et quid si aliud delictum commiserit, vide *ibi* num. 4. cum sequent. per text. *ibi*.
 Et quam ætatem minor habere debeat, ut ex delicto veniat puniendus, vide *ibi* num. 5. 6. & 7.
 Impubes famulus si dominum non adjuvet, an in aliquam pœnam incidat, vide num. 7. leg. 16. per text. *ibi*, tit. 8. part. 7.
INCANTATIONES quales licitæ sint, quales verò non, vide gloss. leg. 1. 2. & 3. per text. *ibi*, tit. 23. p. 7.
INCANTATORES, & de illis, vide num. 9. leg. 4. tit. 7. part. 6. & *ibi* quod illud, quod de illis dicitur, non est trufa, vide *ibidem*, & gloss. leg. 1. 2. & 3. per text. *ibi*, tit. 23. part. 7.
INCARCERATUS eò quòd ad solvendum fuit per sententiam condemnatus, non liberabitur præstitis fidejussoribus, vide num. 4. leg. 41. tit. 2. part. 3.
 Incarceratus, vide in verbo: **CARCERATUS**, carcer, & carceratio.
INCENDIARIUS qualiter puniatur, & quando, & quid de jure canonico, vide num. 1. & 2. leg. 9. per text. *ibi*, tit. 10. part. 7.
INCENDIUM computatur inter casus fortuitos, & quando non, vide num. 3. leg. 3. tit. 2. part. 5.
 Incendium sive fiat in Civitate, sive extra per violentiam, vel sine, qualiter incendiarius puniatur, vide num. 2. leg. 9. tit. 10. part. 7.
 Et an si ex incendio facto in agro restili alicujus damnum sequatur teneatur faciens, & quando, sive in foro animæ, sive in foro contentioso, vide num. 4. leg. 10. tit. 15. part. 7.
 Et quando culpa præcessit incendio, tunc non parciatur vitio naturali alicujus, vide num. 1. leg. 11. per text. *ibi*, tit. 15. part. 7.

Et tenetur quis ex remedio, si culpa præcessit quod erit, quando vadit dormitum, & non extinxit ignem, & an dominus teneatur ex incendio famuli sui, vide *num. 1. leg. 11. tit. 15. part. 7.*

Et an majori incendio aqua majori impetu jactata magis succendit, vide *num. 1. leg. 12. tit. 15. part. 7.*

Et quando deltruens domum vicini propter incendium liberetur, vel non, vide *n. 2. dict. leg. 12. per text. ibi.*

Et an tunc Civitas, vel vicinia teneatur contribuere ad reparationem talis domus sic destructæ, vide *ibidem.*

INCAPAX, an & quando possit in tempus capacitatis hæres institui, & an interim debeat habere bonorum possessionem, vide *num. 3. leg. 19. tit. 3. part. 6.*

Et si hæredi incapaci fuerit datus substitutus, an ille fisco exciudat in incapacis successione, vide *num. 4. leg. 22. ibidem, & num. 6. in fin. leg. 2. tit. 5. part. 6.*

Incapax propter delictum si à Rege restituatur, an ad majoriam admittatur, vide *num. 19. leg. 5. tit. 5. part. 2.*

Incapax si sit in totum institutus, qui universaliter restituere gravatur, an fideicommissum ita manu ipsius relictum valeat, & substitutio dari debeat, vide *num. 7. leg. 14. tit. 5. part. 6.*

Incapax hæreditatis si instituitur, vel aliquid habeat ex fideicommissum, an illud ab eo tolli possit, & an, & quando ab hærede gravato, vide *num. 21. 22. & 24. leg. 13. per text. ibi, tit. 7. part. 6.*

Et an illud applicetur fisco, vel cui, vide *ibi num. 22. cum aliis ibidem*, & an tunc hæres in conscientia teneatur illam spurio, vel fisco restituere, vel possit sibi retinere, vide *dict. num. 24.*

Et quid si alia bona sint ab hærede capaci restituta, an ipse illa retinere possit in conscientia, vide *d. num. 24.*

Incapax si ab aliquo hæres instituitur, & ipse illud detegat, an ex hoc commodum consequatur, & cui est facienda ista delatio, & quid in totaliter incapacibus, vide *num. 1. & 2. leg. 14. per text. ibi, tit. 7. part. 6.*

Incapax hæreditatis, & qui testamentum facere non potest, si impetret licentiam ad faciendam majoriam, an tunc habilitatus videatur, & quando etiam ad faciendum testamentum, vide *num. 3. leg. 32. tit. 9. part. 6.*

Incapax an admittatur ad majoriam, quando conditor ipsius habebat faciendi eam liberè, & pro ut ipse voluerit, vide *ibidem in quest. 10.*

Et quid si postquam fuit habilitatus ad majoriam per Principem pater, qui eam fecit, in eum illam ab eo revocare vult, an possit, vide *ibi in quest. 34.*

Incapax si instituitur hæres, & hæreditas ab eo vindicetur cui sit applicanda, & ad quem pertineat primò, vide *num. 7. leg. 10. per text. ibi, tit. 13. part. 6.*

INCERTITUDO vitiat matrimonium, vide *num. 2. leg. 3. tit. 4. part. 5.*

Incertitudo circa personas, an & quando vitiet legatum, & quid si sit circa res, vide *num. 1. & 2. leg. 9. tit. 9. part. 6.*

Et an hæres possit inter eos eligere, & quo titulo talis legatarius tunc possidebit, vide *ibidem in num. 3.*

